triplicatorum quavis prerogativa: nihil ex praemissis pro se et suis succes-
soribus aut quopiam alio reservans seu excipiens verum prout praemissa
omnia ipsemet regnus tenuit habuit et possidebat ipsumque concerne-
bant accidem serviebat. Iam ex nunc et de facto Generoso Petro Ja-
minski et ipsius posteris accepta ab ipso pro praemissis omnibus plenaria
et sufficienti satisfactione cedit et condescendit omneque et integrum
ius suum sibi ad praemissa competens in personam eiusque cessionarii sui
et ipsius posterum totaliter et plenarie transfert transfundit et incorporat
perpetuo. Etiam ex nunc memoratus regnus Generosus Gasper Stuchowski
eius cessionario suo et eius posteris coram officio praesenti in hoc idem iuris
summam et bona summa eadem et processu lucris pluris ac vadiis tri-
plicatis onerata prosequendi per se recognoscens abscessa dat et admittit
realem intromissionem et actualem pacificamque possessionem per Ministerialem
quemcunque et Nobiles duos ipso nunc ab officio praesenti additos de-
quacunque voluerit officio seu acceptanda per ipsum cessionarium suum et eius
successores hoc idem ius summam et bona praemissaque omnia et singu-
la praesentibus per se recognoscens cessa tenendi habendi possidendi sum-
mam praefatam tollendi levandi percipiendi de percepta quietandi si
non fuerit soluta processum praefatum ratione ipsius non solutionis insti-
tutum ad debitum iuris ordinem et executionis finem deducens levatam
et perceptam ad usus suos et suorum successorum quovis beneplacitos
libere convertendi perpetuis et diuturnis temporibus idque vigore praefati
iuris originalis sibi recognoscenti ad praemissa servientis ea omnia lati-
us in se complectens et praesentis inscriptionis cessionariae et condescensionis

Insuper

Insuper praenominatus regnus Generosus Gasper Stuchowski praefato Generoso
Petro Jaminski et ipsius posteris dat et concedit plenariam facul-
tatem et omnimodam potestatem inscriptionem praesentem cessionariam
ex his Actis Castrensibus Premisliensibus autentice et promptam ad Acta
Terrestria Premisliensia quandocunque voluerint transferendi et trans-
portandi quae transportata tanti valebit acsi ipsemet regnus pro-
scentem transportaret. Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa mediante.

Gostomski Starzechowskiey Zenetz

Comparens personaliter coram officio Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus
Premisliensibus Generosus Georgius Alexander de Lezenice Gostomski
sanus mente et corpore existens a Terris districtibus iuribusque iurisdictionibus
suis quibus suis propriis et competens recedens huic autem iuris-
dictioni Castrensis Premisliensis quoad actum praesentem attinet se cum
successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie in-
corporans atque subiiciens palam libere publice ac per expressum recognovit
Quia ipse Generosae Zophiae de Humniska Starzechowska eiusque po-
steris summam mille florenorum pecuniae polonicae monetae et numeri in
Regno currentis florenum quemlibet grossis triginta polonicalibus com-
putando certi veri iusti et liquidi debiti mutui atque apud ipsum pecunia
tenetur ac debet. Quam quidem summam suprascriptam mille florenorum
pecuniae praefatus regnus Generosus Georgius Alexander Gostomski
se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus
summisque pecuniariis habitis et habendis praefatae Generosae Zophiae de Hu-
mniska Starzechowskiey et ipsius posteris inscribit et obligat praesenti-
bus hinc pro die et Festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli

proxime venturo dare solvere et coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Premisliensibus reatum et in effectu reponere repositamque et relictam rursus ab eodem officio non efficere nec arestare vel quovis alio modo impugnare. Idque sub vadio simili summae Mille florenorum pecuniae polonicalis per praedictum regentem Generosum Georgium Gostomski et ipsius successores praefatae Generosae Zophiae de Humniska et ipsius posteris ob non solutionem summae praefatae principalis pro tempore et loco suprarexpressis ad solvendum succumbendo. Caeterum praenominatus regens Generosus Sub Georgius Gostomski praedicta Generosa Zophiae de Humniska et ipsius posteris dat et concedit plenariam facultatem et omnimodam potestatem inscriptionem praesentem Castrensem Premisliensem ex his Actis Castrensibus autentice depromptam ad Acta Terrestria Premisliensia sive Terrestria Sanocensia quandocunque voluerit transferendi et transportandi quae transportata tanti valebit acsi per ipsummet regentem transportaretur. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succumbendo ac pro re aliqua principali non completa citatus ex nunc praenominatus regens Generosus Georgius Gostomski sive eius successores Ad instantiam praenominatae Generosae Zophiae de Humniska Starzechowska aut eius posterorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense ex tunc recessu suprascripto quoad respondendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere mederi vadium praefactum luere inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit ac tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia obligat eundem terminum primum peremptorium

et alios

Sex: 13 ~~fl~~ 6

et alios omnes consequentes eiusdem Causae terminos semper peremptorios
vera infirmitate per maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Exercitum vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differens adquietationem ultra proximos Terminos officii praefati Castrensis Premisliensis dilationem sibi non recipiens nullasque motiones appellationes earumque prosecutiones faciendo praemissaque omnia poenis simplicibus vel multiplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus iuris praesertim Terrestri bello Conventione et aliis omnibus iuris remediis et defensis non subterfugiens hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Glinkow Coniugum Advitalitas

Comparentes personaliter Coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus Stanislaus Glinka ab una et Zophia de Grochowce olim Generosi Ioannis Hermanowski filia coniuges parte ab altera maritus solus per se coniunx vero cum eiusdem mariti sui assistentia sani mentibus ac corporibus existentes a Terris districtibus iuribus iurisdictionibusque quibusvis propriis et competentibus recedentes huic autem iurisdictioni Castrensi Premisliensi quoad actum praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporantes atque subiicientes palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet ipsorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi omnium et generaliter bonorum suorum haereditariorum et obligatoriorum mobilium et immobilium assummarum pecuniarum tum auri argenti clenodiorum vestium vestimentorum pecorum pecudum ac totius supellectilis domesticis nunc habitorum